

In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno tricesimo: sed et romano magno imperatore anno septimodecimo die quintadecima mensis octobrii indictione undecima neapolis: Certum est me gregorium humilis abbas presbiter (1) monasterii beati arcangeli michahelis situm in vico qui vocatur fistulafracta (2) filium vero quidem domini boniti curialis: a presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi vobis cesario ferrario filio quidem petri negri et helisabet honesta femina hoc est iugales: idest integra superiora cubuculi mei. positi intus hanc civitatem neapolis in vico qui vocatur sancti georgii in diaconia. constituta super inferiora vestra. cum aheribus et omnibus sivi pertinentibus. et tibi introitum habere debeatis per domum vestra: pertinente mihi per nominatum genitorem meum: unde nihil mihi remansit aut reservavi: coherente sivi a parte orientis et a septentrionis domum vestra: et a parte occidentis est alium cubuculum meum quod ego vendidi ad filiis marini thii mei: a parte vero meridiana est introitum ipsius domui meie quem in mea reservavi potestate. sed regia qui da ipsum introitum ingrediebat in nominatum cubuculum de presentis vos ea fabrire debeatis ad omni vestro expendio: ita ut a presenti die et deinceps iam nominata integra superiora cubuculi mei constituta super ipsa inferiora vestra. cum aheribus et omnibus sivi pertinentibus et ibi introitum habere debeatis per nominata domum vestra. unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi quatenus et per coherentias vobis eum insinuavi sicut superius legitur a me vobis venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus

Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno trentesimo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno diciassettesimo di Romano grande imperatore, nel giorno quindicesimo del mese di ottobre, undicesima indizione, **neapolis**. Certo è che io Gregorio umile abbate presbitero del monastero del beato arcangelo Michele sito nel vico detto **fistulafracta**, figlio invero di domino Bonito curiale, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a voi Cesario Ferrario, figlio invero di Pietro Negro, e ad Elisabetta, onesta donna, coniugi, vale a dire per intero i piani superiori che sono la mia camera da letto, site dentro questa città di Napoli nel vicolo chiamato di san Giorgio **in diaconia**, poste sopra i tuoi piani inferiori, con le luci e tutte le cose ad esse pertinenti, ed ivi devi avere l'ingresso tramite la vostra casa, appartenenti a me tramite il predetto mio genitore, per cui niente rimase a me o riservai, confinanti dalla parte di oriente e di settentrione con la vostra casa, e dalla parte di occidente è un'altra camera da letto mia che io vendetti ai figli di Marino zio mio, dalla parte di mezzogiorno invero è l'ingresso della mia casa che riservai in mio possesso ma la porta che dallo stesso ingresso portava nella predetta camera da letto dal *giorno* presente voi dovete murare con ogni spesa a carico vostro Di modo che dal giorno presente e d'ora innanzi i già detti integri piani superiori che sono la mia stanza da letto poste sopra i piani inferiori vostri, con le luci e tutte le cose ad esse pertinenti, ed ivi devi avere l'ingresso tramite la predetta vostra casa, di cui dunque niente a me rimase o riservai, fin dove e per i confini che a voi ho comunicato come sopra si legge, da me a voi vendute e consegnate, in

sit potestate qualiter exinde facere volueritis: et neque a me nominato gregorio humilis abbas presbiter neque a meis heredibus vel a nobis personas summissis nullo tempore exinde habeatis quacumque requisitionem aut molestia tan vos qui supra cesario ferrario et helisabet iugales quamque vestris heredibus per nullum modum in perpetuum: insuper et ab omni homine omnique personas omni tempore ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod accepi a vobis exinde in presentis idest auri solidos quinque et medium bytianteos ut inter nobis convenit: si autem ego aut heredes meis contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus vel si minime adimpleverimus hec omnia nominata per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos viginti bytianteos: et hec chartula venditionis ut super legitur sit firmam: scriptam per manum anastasio curialis per nominata undecima indictione

✠ gregorius abbas presbiter subscripsi ✠

✠ ΕΓΩ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΕΟΥΣΤΡΑΤΙΟΥ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΤΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥ ΑΒΒ ΤΕΚΤΙ ΟΥΒ ΕΘ ΣΤΟΤΟC ΟΛΙΑΟC ΚΟΝΦ ΠΕΡΚΕΠΙCΕ ✠

✠ Ego stefanus filius domini sadelberti rogatus a suprascripto gregorio abbate testi subscripsi et suprascriptos solidos confiteor percepisse ✠

✠ Ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripto gregorio abbate testi subscripsi et suprascriptos solidos confiteor percepisse ✠

✠ Ego anastasio curialis qui nominatos post subscriptionem testium complevi et absolvi per nominata undecima indictione ✠

voi e nei vostri posteri sia la facoltà di farne quel che vorrete, e né da me predetto Gregorio umile abate presbitero né dai miei eredi o da persone a noi subordinate in nessun tempo dunque abbiate qualsiasi richiesta o molestia tanto voi anzidetto Cesario Ferrario e Elisabetta, coniugi, quanto i vostri eredi in nessun modo in perpetuo. Inoltre io ed i miei eredi in ogni cosa dobbiamo dunque sostenere e difendere voi ed i vostri eredi da ogni uomo e da ogni persona in ogni tempo, per quello che ho accettato da voi in presente, vale a dire cinque solidi e mezzo aurei di Bisanzio, come fu tra noi stabilito. Se poi io o i miei eredi osassimo contrastare questo atto di vendita come sopra si legge o se per niente adempissimo tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri eredi venti solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Anastasio curiale per la predetta undicesima indizione.

✠ Io Gregorio abate presbitero sottoscrissi. ✠

✠ Io Stefano, figlio di domino Eustrazio, richiesto dal soprascritto abate Gregorio, come teste sottoscrissi e riconosco che i suddetti solidi sono stati percepiti. ✠

✠ Io Stefano, figlio di domino Sadelberto, richiesto dal soprascritto abate Gregorio, come teste sottoscrissi e riconosco che i suddetti solidi sono stati percepiti. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, richiesto dal soprascritto abate Gregorio, come teste sottoscrissi e riconosco che i suddetti solidi sono stati percepiti. ✠

✠ Io anzidetto curiale Anastasio dopo la sottoscrizione dei testi completai e perfezionai per la predetta undicesima indizione. ✠

(1) Etsi vox *Presbyter*, prout ait Rudolphus in S. Rabani vita apud Cangium (v. *Presbyter*) simplicem interdum monachum denotarit, heic tamen cum alteram vocem *Abbatem* sequatur, satis liquido patet ipsam pro *sacerdote* usurpatam. Mirum vero nemini debet videri, si *Abbas*, sive monasterio praefectus, quem Graeci Ἡγουμένον vocarunt, in hoc instrumento dicatur quoque *presbyter*. Nam si monasticam vetustissimorum temporum disciplinam memoria repetamus, monachos tunc haud fuisse sacris ordinibus initiatos comperiemus. Id nobis testatur prae reliquis S. Hieronymus (*Epist. I. ad Heliodorum monachum*), ubi ait: *Sed alia, ut antea perstrinxi, monachorum est causa, alia clericorum. Clerici pascunt oves; ego pascor etc. Mihi ante presbyterum sedere non licet etc.* Hinc fiebat ut qui caeteris huiusmodi monachis praeponebatur, et ipse minime sacerdos extaret. Regula quidem S. Benedicti licet diserte flagitaret, ut qui Abbatis munere foret decorandus, divinam calleret legem, Regulae ipse extaret observantissimus, ut suomet exemplo caeteros ad eam exsequendam compelleret, ac denique christianis virtutibus antecelleret universis, eundem tamen presbyterum esse minime iubebat. Verum *et monasteriorum necessitas et ecclesiae charitas sanctissimos tandem Episcopos Pontificesque compulit, ut novum hunc usum inducerent, ut apostolicas exercerent functiones qui (nempe Abbates) et virtutes ardentius aemulabantur*, quemadmodum inquit Thomasinus (*Vet. et nov. eccles. discip. t. I. p. I. lib. 3 cap. XV. n. 8*). Quamobrem plerique Abbates orientalium quidem coenobiorum a V. usque saeculo, occidentalium vero abeunte saeculo VII. presbyteri fuerunt. Cum vero hinc plurimum emolumenti in christianam rempublicam manaret, factum est ut Concilium romanum anno 827 statuerit oportere, ut Abbates omnes inaugurarentur sacerdotes. Huiusmodi tamen canonum obtemperatum minime fuit, uti docet item Thomasinus (*Op. cit. cap. XVII. n. 3*). Cum igitur non modo ante, sed etiam post memoratum romanum Concilium adhuc quidam Abbates cultui divino per sacros ordines adseri non curarent, ii qui inter eos minime hoc neglexerant, *Abbates simul et presbyteri* nuncupari soliti fuerunt, uti tum in nostro praesenti documento, tum in plurimis aliis factitatum est.

Sequoribus porro temporibus severiori disciplina obviam itum est mori, qui Abbates sacerdotio carere sinebat, praesertim a Concilio pictaviensi, quod anno 1078 teste eodem Thomasino (*op. cit. cap. XVIII. n. 1*) praecepit *ut Abbates presbyteratu initiarentur, aut expoliarentur Abbatibus suis*.

(2) In urbis nostrae vico olim *Fistula fracta*, nunc vero *Fontana de' serpi* nuncupato, qui in *Furcellensi Regione* extabat, Monachorum coenobium conditum extitisse e praesenti instrumento docemur. Nullam quidem ipsius mentionem habuerunt neque Engenius, neque Tutinus, et de monasterio tantum sub titulo S. Archangeli ab Baianum, quod moniales incolebant, et unde nomen duxit vicus, qui et hodie *S. Arcangelo a Bajano* vocitatur, locuti fuerunt prior (*Nap. Sacr. pag. 373*), alter (*De' Seggi pag. 22*).